

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Publii Terentii Comoediae sex**

**Terentius Afer, Publius**

**Francofordiae ad Oderam, 1606**

Actvs IIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-139622](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139622)

ACTVS IIII. SCENA I.

Ch. Erras. Sy. quid ita? Ch. pro Menedemo nunc tibi ego respondeo:

Non emo: quid ais? Sy. optata loquere. Ch. atqui non opus est.

Sy. Non opus est? Ch. Non hercle verò. Sy. quid istuc, miror. Ch. iam scies:

Mane, mane, quid est, quò tam à nobis grauer cre puerum fores?

ACTVS IIII. SCENA I.

Iambici quadrati acatalectici. Trochaici catalecti: vnus acatalecticus, vnus hypercatalecticus.

SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX,

STRVS.

Nisi me animus fallit, hic profectò est annulus, quem ego suspicor,

Is, qui cum exposita est gnata Ch quid volt sibi Syre hanc oratio?

So. Quid est? is ne tibi videtur? Nu. dixi quidem, vbi mihi ostendisti, illico

Eum esse. So. at vt satis modò contemplata sies mea nutrix. Nu. satis.

So. Abi iam nunc intrò: atq, illa si iam lauerit, mihi nuncia:

Hic ego virum interea opperibor. Sy. te volt: videas quid velit:

Nescio quid tristis est: non temerè est, metuo quid sit. Ch quid fiet?

Occasio catastrophes periculi Cliniae.

P

N 8

HEAVTONT

*Næ ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.*

*So. Ehem mi vir. Ch. ehem mea vxor. So. te ipsum quæro Ch. loquere quid velis.*

*So. Primum hoc te oro, ne quid credas me aduersus edictum tuum*

*Facere esse ausam. Ch. vin' me istuc tibi, etsi incredibile est, credere?*

*Trochaic. Credo. S. nescio quid peccati portet hæc purgatio.*  
*quadrat. So. Meministi' me esse grauidam, & mihi te ma-*  
*catalect. gnopere interminatam,*

*Troch. cat. Si puellam parerem, nolle tollit' Ch. scio quid feceris*  
*Sustulisti. Si sic est factum domina, ergo herus damno auctus est.*

*So. Minime' sederat hic anus Corinthia hand impura: ei dedi*

*Exponendam. Ch. ô Iuppiter, tantam esse in animo incitiam?*

*Alias, inscientiam. So. Perij quid ego feci? Ch. at rogitas? So. si peccami Chreme,*

*Insiciens feci. Ch. id equidem ego, etiam si tu neget, cerid scio,*

*Te inscientem, atq; imprudentem dicere aut facere omnia.*

*Tot peccata in hac re ostendis, nam iam primum si meum*

*Imperium exequi voluisses, interempta oportuit.*

NOB

ACTVS IIII. SCENA I.

Non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitæ dare.

At id omittit misericordia, animus maternus: sino.  
Quam bonè verò abs te prospectum est: quid voluisti cogitare?

Nempe anui illi prodita abs te filia est planissimè  
Per te, vel uti quæstum faceret, vel uti veniret palam

Credo id cogitasti, quidvis satius est, dum vivat  
modò.

Quid cum illis agas, qui neq, ius, neq, bonum, atque  
æquam sciunt?

Melius, peius: proficit, obstit: nihil vident, nisi quod  
luber.

S. Mi Chreme, peccavi, fateor: vincor: nunc hoc te  
obsecro.

Quanto tuus est animus natu grandior, ignoscen-  
tur tanto,

Vi meæ stulticiæ iusticia tua sit aliquid præfidi.  
Ch. Scilicet: equidem istuc factum ignoscam: vo-  
rum Sostrata

Malè docet te mea facilitas multa, sed istuc, quic-  
quid est,

Qua hoc exceptum est causa? loquere. So. ut stultus,  
& miseræ omnes sumus

Religiosæ, cum exponendam do illi, de digito an-  
nulam

Detrabo, & eum dico vt vnâ cū puella exponeret.

Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.

Ch. Istuc recte: conseruasti te, atq; illam. So. is hic est annulus.

Ch. Vnde habes? So. quàm Bacchis secum adduxit adolescentulam. Sy. hem.

Ch. Quid ea narrat? So. ea lauatum dum it, seruandum mihi dedit (illico

Annulum, non aduorti primò, sed postquam aspexit,

Cognoui, ad te exilus. Ch. qui, nunc suspicare, aut in venis

De illa? So. nescio, nisi vt ex ipsa queras, vnde huc habuerit,

Si potis est reperiri. Sy. interij: plus spei video, quàm volo:

Nostra est. si ita est. Ch. viuitné illa, cui tu dederas? So. nescio.

C. Quid renúciauit olim fecisse? S. id quod iusseram.

Ch. Nomen mulieris cedo quod sit, vt quærat. So. Philtere.

Sy. Ipsa est, mirum ni illa salua est, & ego perij. Ch. Sofrata:

Sequere me intrò hac. So. vt præter spem euenit quàm timui malè,

Ne nunc animo ita esses duro, vt olim in tollenda Chreme.

Ch. NON LICET hominem esse sapè ita vti vult, si res non sint. Nunc

ACTVS IIII. SCENA II.

Nunc ita tempus est, mihi vi cupiam filiam; olim  
nihil minus.

ACTVS XIII. SCENA III.

Iambici octonarij acatalectici.

STRVS.

Nisi me animus fallit, haud multum à me abe-  
rit infortunium:

Ita hercle in angustum oppidò nunc meae coguntur  
copiae:

Nisi a'iquis video, ne esse amicam hanc gnati reo  
sciscat, senex.

Nam quod sperem de argento, aut posse postulem  
me fallere,

Nihil est triumpho, si licet me latere tecto absce-  
dere.

Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam subitò è  
faucibus.

Quid agat aut quid comminiscat ratio de integro  
ineunda est mihi.

NIHIL TAM difficile, quin quaerendo inuesti-  
gari possiet.

Quid si hoc sic incipiam nunc nihil est quid, si sic  
tantundem egero:

Ac sic opinor non potest: imò optumè: euge optu-  
mam habeo.

Retraham hercle, opinor, ad me idem illud fugiit  
uum argentum tamen.

HEAVTONT

ACTVS IIII. SCENA III.  
*Iambici quadrati acatalectici, & vnus senarius.  
 Trochaici quadrati acatalectici, & vnus  
 hypercatalecticus.*

Clinia, Syrus.

**N**ulla mihi res posthac potest iam interuenire  
 tanta,  
 Quae mihi aegritudinem afferat: tanta haec laticia  
 orta est.

Dedo patri me nunc iam, ne frugalior sim, quam  
 volt.

Sy. Nihil me fecellit: cognita est, quantum audio  
 huius verba.

Is tunc tibi ex sententia tua obtigisse letor.

Clin. O mi Syre audisti' obscuro? S. quid ni? qui  
 vsq; vna affuerim.

Clin. Cui aequae audisti commodius quicquam eue-  
 nisse? S. nulli.

Clin. atq; ita me Diu ament, vt ego nunc non tam  
 meapte sua causa

Letor, quam illius: quam ego scio esse bonore quo-  
 uis dignam

Sy. Ita credo: sed nunc Clinia age, da te mihi vicif-  
 sim:

Nam amici quoq; res est videnda, in tuto vt collo-  
 cetur,

Ne quid de amica nunc senex. Clin.  $\delta$  Iuppiter Sy.  
 quiesce. Clin.

ACTVS IIII. SCENA III.

Clin. Antiphila mea nubet mihi. S. sicine me inter loquere?

Clin. Quid faciam Syre mi? gaudeo: fer me. Sy. ferro hercle verò.

Clin. Deorum vitam adepti sumus. Sy. frustra operam hanc opinor sumo.

Clin. Loquere, audio. S. at iam hoc non ages. Clin. azam. & videndum est inquam,

Amici quoq; res Clinia tui in tuto vt collocetur: Nam si nūc a nobis abis, & Bacchidē hic relinquis, Noster resciscet illico esse amicam hanc Clitiphoni:

Si abduxeris, celabitur itidē, vt celata adhuc est.

Clin. At enim istoc nihil est magis Syre meū nuptijs aduersum:

Nam quo ore appellabo patrem? tenes, quid dicam? S. quid nūc

Clin. Quid dicam? quam causam afferam? S. quin nolo mentiare.

Apertē, ita vt res sese haber, narrato. Clin. quid aures iubeo.

Ulam te amare, & velle vxorem, hanc esse Clitiphoni.

Clin. Bonam atq; iustam rem oppidō imperas, & factu facilem.

Et sciscet iam me hoc voles patrem exorare, vt selet

HEAVTONT

Senem nostrum. Sy imò vt recta via rem narret or  
dine omnem. Cli hem,

Satin' sanus es, & sobrius? tu quidem illum plane  
produ.

Nam qui ille poterit esse in tuto? dic mihi.

Senaris. Ri  
dicula exul  
ratio serui  
in consilio  
periculoso,  
quod longe  
secus cadit  
quàm ipse  
sibi pollice-  
tur.

Sy. Huic equidem consilio palmam do: hic me ma-  
gnificè effero,  
Qui vim tantam in me, & potestatem habeam tan-  
tæ astutiæ,

Vera dicendo, vt eos ambos fallam, vt cum narret  
senex

Vester nostro, istam esse amicam gnati, non credat  
tamen.

Clin. At enim spem istoc pacto rursus nuptiarum  
omnem eripis:

Nam dum amicam hanc meam esse credet, non  
committet filiam.

Tu fortasse, quid me fiat, parui pendis, dum illi cõ-  
sulas.

Alias, ex in-  
terprete,  
proh:

Sy. Quid? (malum) me ætatem censes velle id af-  
simularier?

Vnus est dies, dum argentum eripio, pax, nihil am-  
plius.

Clin. Tantum sat habes? quid tum quæso, si hoc pa-  
ter rescuerit?

Sy. Quid, si redeo ad illos, qui aiunt, quid si nunc  
COELVM RVAT?

Clin.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

Clin. Metuo quid agam. Sy. metuis? quasi non ea po-  
testas sit tua, (lam.

Quo velis in tempore vt te exoluas, rem facias pa-

Clin. Age, age, traducatur Bacchis. Sy. optime ipsa  
exit foras.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

BACCHIS, CLINIA, STRVS, DROMO,

PHRYGIA ancilla.

Satis pol proterue me Syri promissa huc indu-  
xerunt: Iamb. qua-  
drat. catal.

Decem minas, quas mihi dare pollicitus est, quod  
si is nunc me vnus hyper-  
catalecticus

Deceperit, sæpè obsecrans me, vt veniam, frustra  
veniet,

Aut cum venturam dixerò, & constituero, cum is  
certè

Renunciarit, Clit ipso cum spe pendeat animi,

Decipiam, ac non veniam: Syrus mihi tergo pœnas  
pendet.

Clin. Satu scitè promittit tibi. Sy. atqui tu hanc  
iocari credis?

Faciet, nisi caueo. Ba. dormiunt: ego pol istos com-  
mouebo.

Mea Phrygia audisti? homo iste modo quam vil-  
lam demonstrauit

Charini? Ph. audiui. Ba. proximam esse huic fundo  
ad dextram? Ph. memini.

HEAVTONT

Da. Curriculo percurrere : apud eum miles Dionysia agit.

Sy. Quid inceptat? Ba. dic me hic oppido esse inuitam, atq; asseruari,

Verum aliquo pacto verba me his daturum esse, & venturam.

Sy. Perij hercle; Bacchis mane, mane: quò mittis istanc queso?

Lube maneat. Ba. abi. Sy. quin est paratum argentum. Ba. quum ego maneo.

Sy. Atqui iam dabitur Ba. vt lubet, num ego insto? Sy. an scin? quid sodes?

Ba. Quid? Sy. transeundum nunc tibi ad Menedemum est. & tua pompa

Idò traducenda est. Ca. quam rem agis? scelus. Sy. egon? & argentum cudo,

Quod tibi dem. Ba. dignam me putas, quam illudast Sy. non est temere.

Ba. Etiamne tecum hic res mihi est? Sy. minime: tuum tibi reddo.

Ba. Eat. Sy. sequere bac; heus Dromo. Dro. quis me volt? Sy. Syrus. Dr. quid est ei?

Sy. Ancillas omneis Bacchidis traduce. luc ad vos propere.

Dro. Quamobrem? Sy. ne queras: & ferant, quae secum hic attulerunt.

Sperabit sumptum sibi senex leuatum esse horum abitu. Ne

ACTVS IIII. SCENA V.

Ne ille haud scit, haud paululum lucri quantum ei  
damni adportet.

Tu nescis quod scis Dromo si sapias. Dro. mutum  
dices,

ACTVS IIII. SCENA V.

Serarij, & vnus quadratus.

Chremes, Syrus.

**I**Ta me Dij amabunt, vt nunc Menedemi vicem Error Chre-  
Miseret me, tantum deuenisse ad eum mali. metis rudi-  
Illancine mulierem alere cum illa familia? culus, qui  
Etsi scio, hodie aliquot dies non sentiet: fabulam to  
Ita magno desiderio fuit ei filius. (Quadra. tam reddit  
Verum, vbi videbit tanto? sibi sumptus domi iucundiorē  
Cotidianos fieri, nec fieri modum:

Optabit rursum, vt abeat ab se filius.

Syrus optumē eccum. Sy. cesso hunc adoriri? Ch.

Syre Sy. hem.

(dari.

C. Quid est? S. te mihi ipsum dudum exoptabam Serarij.

Ch. Videre egisse iam nescio quid cum sene.

Sy. De illo, quod dudum? dictum ac factū reddidi.

Ch. Bonan' fide? S. bona hercle. Ch. non possum pati.

Quid tibi caput demulceam, accede huc Syre:

Faciam boni tibi aliquid pro ista re ac iubens.

S. At si scias, quā scitē in mentem venerit.

Ch. Vah, gloriare enuisse ex sententia?

S. Non herclē verō, verum dico. Ch. dic quid est?

S. Tu Clitiphoni esse amicam hanc Bacchidem.

Mene-

Menedemo dixit Clinia, & ea gratia  
Secum adduxisse, ne tu id persentisceres.

Ch. Probe. Sy dic sodes. Ch. nimirum inquam Sy. imò sic  
Sed porro ausculta quod superest fallacia. (Jatu.  
Sese ipse dicit tuam vidisse filiam:

Eius sibi complacitã formam, postquam aspexerit:  
Hanc se cupere vxorem. Ch. modo quæ inuenta est?

Sy. eam.

Et quidem iubebit posci Ch. quamobrem is iuc Syret  
Nam prorsus nibil intelligo. Sy. vah, tardus es.

Ch. Fortasse. Sy. argentum ei dabitur ad nuptias,  
Aurum atq; vestem qui, tenesne? Ch. comparet?

Sy. Id ipsum C. at illi ego neg, do, neg, despondeo.  
Sy. Non? quamobrem? Ch. quamobrem? me rogas?

homini fugitiuo dabo? Sy. vt lubet.

Alias non  
legitur ad-  
ditum fugi-  
tuo dabo?

Non ego in perpetuum dicebam illam illi vt daret,  
Verum vt simulares Ch. non mea est simulatio:

Ita tu istac tua misceto, ne me admisceas.

Egon? cui daturus non sim, vt ei despondeam?

Sy. Credebam Ch. minime. Si. scite poterat fieri.

Et ego hoc, quia dudum tu tant opere iusseras,

Eò cœpi. C. credo S. cæterum equidem is iuc Ch. reme

Æqui, boniq; facio. Ch. atqui tum maxumè

Volo te dare operam vt fiat, verum alia via.

Sy. Fiat: quæratnr aliquid, sed illud quod tibi

Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,

Id nunc reddendum est illi neg, tu scilicet

Ed

ACTVS IIII. SCENA VI.

Ed nunc cofugies quid mea? num mihi datam esse  
 Num iusti? num illa oppignorare filiam  
 Meam, me inu: o potuit? verum illud Chreme  
 Dicunt: IVS SVMVM, sæpè summa malitia  
 est.

Ch Haud faciam. S. imò alijs si licet, tibi non licet.  
 Omnes te in lauta, & benè aucta parte putant.

Ch. quin egomet iam ad eam deferam. Sy imò filiū  
 lube potius. Ch. quamobrem? Sy. quia enim in hunc  
 suspicio est

Translata amoris. Ch. quid tum? Sy. quia videbitur  
 Magis verisimile id esse, cum hic illi dabit:

Et simul conficiam facilius ego, quod volo.

Ipse adeo adest: abi: effer argentum. C. effero;

ACTVS IIII. SCENA VI.

CLITIPHO, STRVS.

Nvlla est tam facilis res, quin difficilis fiet,  
 Quam inuitus fais: vel me hæc deambulatio  
 Quam non laboriosa, ad languorem dedit:

Nec quicquam magis nunc mutuo, quam ne denuo

Miser aliquò extrudat hinc, ne accedam ad Bacchi-  
 dem.

Vt te omnes quidem Dij deæq; quantum est, Syre

Istoc inuento, cumq; incepto perduint. (cum

Huiusmodi res semper comminiscere,

Vbi me caruifices. Sy. i tu hinc quo dignus es,

Quam penè tua me proteruitas,

Clit.

HEAVTONT

Clit. Vellem hercle factum ita meritis S. meritis  
quomodo?

Nac me istuc ex te prius audisse gaudeo,  
Quam argentum haberes, quod daturus iam fui.

Clit. Quid igitur dicam tibi vis? abisti, mihi  
Amicam abduxisti, quam non liceat tangere.

S. iam non sum iratus: sed scin' vbi nunc sit tibi  
Tua Bacchi? Clit. apud nos? S. non. Clit. vbi igitur?  
S. apud Clitiam.

Clit. Perij S. bono animo es: iam argentum ad eam  
deferres,

Quod ei pollicitus, C. garrus, vnde id? S. à tuo patre.

Clit. Ludus fortasse me. S. ipsa re experibere.

Clit. Nac ego fortunatus homo sum, de amo te Syre.

S. Qua causa id fiat obsecundato in loco.

Sed pater egreditur, caue, quicquam admiratus

Quod imperabam facito: loquitur pauca (fiet).

ACTVS IIII. SCENA VII.

Senarij.

Chremes, Clitipho, Syrus.

**V**Bi Clitipho nunc es? S. eccum me inque.  
Clit. eccum hic tibi,

Ch. Quid rei esset, dixisti huic? S. dixi pleraq. ònia.

Ch. Cape hoc argentum, ac defer. S. hei, quid istas  
lapis?

Quin accipis? Clit. cedo sane. S. sequere hac mo  
ocius.

In

ACTVS XIII. SCENA VIII.

Tu hic nos dum eximus interea opperibere:

Nam nihil est illic, quod moremur diutius.

Ch. Minas quidem iam decem habet à me filia:

Quas oro alimentis esse nunc duco datas.

Hasce ornamentis consequentur altera.

Porro hæc talenta dotis apponent duo.

QVAM MVLTAM iusta, ac prava sunt moribus?

Mibi nunc relictis rebus, inueniendus est

Aliquis, labore inuenta meo cui dem bona.

ACTVS IIII. SCENA VIIII.

Menedamus, Chremes.

Senex ij

Mvlto omnium nunc me fortunatissimum

Factum puto esse gnate, cum te intelligo

Resipisse. Ch. vt errat. Me. te ipsum querebam

Chreme:

Serua quod in te est filium & me, & familiam.

C. Cedo, quid vis faciam? M. inuenisti hodie filiam.

Ch. Quid tum? Me. hanc sibi vxorem dari vult Clitonia.

Ch. Queso quid tu hominis es? Me. quid? Ch. iam ne oblitus es,

Erravi, pri

ma syllaba

Inter nos quid sit dictum de fallacia,

pertinet ad

Vt ea via abs te argentum auferretur? Me. scio.

versum pro

C. Ea res nunc agitur ipsa. M. quid dixti Chreme?

cedentem.

Erravi: sic res acta est, quant a spe decidi?

Ch.

HEAVTONT

Ch. Imò hæc, quæ apud te est, Clitiphonis est  
Amica. Me. ita aiunt. Ch. & tu credis? Me. omnia,  
Ch. Et illi aiunt velle vxorẽ, vt, cum desponderim,  
Des qui aurum, ac vestem, atq; alia, quæ opus sunt,  
comparat.

Me. Id est profecto. id amica dabitur. Ch. scilicet  
Daturum. Me. vah, frustra igitur gauisus miser:  
Quiduis tamen iam malo, quam hunc amittere.  
Quid nunc renunciem abs te responsum Chreme?  
Ne sentiat me sensisse, atq; ægre ferat.

Ch. Ægrè? nimium illi Menedeme indulges. M. sine,  
Inceptum est: perfice hoc mihi perpetuo Chreme.  
Ch. Dic conuenisse, egisse te de nuptijs.

Me. Dicam, quid deinde? Ch. me facturum esse  
omnia,

Generum placere: postremo etiam si voles,  
Desponsam quoq; esse dicito. Me. hem istuc volue-  
ram :

Ch. Tanto ocyus te vt poscat, & tu id, quod cupis,  
Quam ocyssime vt des. Me. cupio. Ch. nã tu propè  
diem ;

Vt istam rem video, istius obsat uraberere.  
Sed hæc ita vt sunt, cautim & paulatim dabis,  
Si sapiens Me faciam. Ch. abi intrò: vide, quid po-  
stulerit:

Ego domi ero si quid me voles. Me. sanè volo:  
Nani te sciente faciam, quicquid egero.

A Etus